 crura teguntur & tibie. quasi crurales & tibiales appellate
 sunt. thiaara autē. uerbum grecum. ē. & rursus uersum
 in latino. de quo & uirgilius sceptrum que sacer que thiaara.
 thiaara autē genus. ē. pallioly. quo persarū caldeorum que

genus utitur. PORRO VIROS ILLOS QUI MISERANT SEDRAC MISAC
 ABDENAGO. INTERFECIT FLAMMA IGNIS. EOS VIROS DE QUIBUS
 SUPRADIXERAT. & VIROS FORTISSIMIS DE EXERCITU SUO IUSSIT. UT LIGA-
 TIS PEDI BUS SEDRAC MISAC ABDENAGO MITTERENT EOS IN FORNACEM
 IGNIS ARDENTEM. NON ERGO FORTUITO QUOS CUMQUE MINISTROS
 PERDIDIT NABUCHODONOSOR. SED VIROS FORTES DE TOTO EXERCITU SUO
 & AD BELLA PROMPTISSIMOS. UT NON SOLUM MIRACULA PERMESCE-
 RE SED & EXERCITUS SUI DAMNA SENTIRE; VIRI AUTEM HI ID EST SEDRAC
 MISAC ABDENAGO. CECIDERUNT IN MEDIO CAMINIS IGNIS ARDEN-
 TIS CONLIGATI; Grande miraculum ligati mittuntur In forna-
 cem. & cadunt In medio ignis precipites. ardent uincula quib;
 ligati sunt. & uiciorum corpora tamen flamma non tetigit.
 huc usque ebrei legunt. media que sequuntur usque ad finem
 cantacrium puerorum. In hebreo non habentur. de quibus ne
 omnino preterisse uideamur. pauca dicenda sunt; STAN SAU-
 TEM AZARIAS ORAVIT SIC APERIENS QUE OSSUM IN MEDIO IG-
 NIS AIT. BENEDICTUS ES DNE DS PATRUM NRORU ET LAUDABILIS
 ET GLORIOSUM NOMENTUUM IN SAECULA. QUI INISTUS ES IN
 OMNIBUS QUAE FECISTI NOBIS ET UNIVERSA OPERATA UERA.
 ET VIAE UAE RECTAE ET OMNIA IUDICIATA UERITAS. IUDICIA
 ENIM UERA FECISTI IUXTA OMNIA QUAE INDUXISTI SUPER NOS.
 ET RETQ; Quando diuersis premimur angustiis ex toto cordis
 hoc loquamur affectu. & quicquid nobis acciderit lusteno sus-
 tinere faciamur. ut compleatur In nobis illud qd scriptum e.
 & ultauerunt & letati sunt filii iude In omnibus iudiciis tuis
 dne; PECCAVIMUS ENIM ET INIQUE EGIMUS RECEDENTES A TE
 ET IDEL. QUI MVS IN OMNIBUS; ET RETQ. ET certe tres pueri

non peccauerunt nec eius a & latif erant quando ducti sunt In babilonem ut propter sua uitia punirentur. ergo quomodo hic & persona populi loquuntur sic illud apostoli legendum. e. non enim quod uolo hoc ago. sed quod nolo hoc operor. & cetera que in eodem loco scripta sunt. Quid dñe in minutis uis plus quam omnes gentes. et sumus humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nra. et non est in tempore hoc princeps et propheta et dux. neque holocaustum. neque sacrificium. neque oblatio. neque incensum. neque locus primitiarum coram te. ut possimus inuenire misericordiam. His uersiculis utendum. e. si quando ecclesia propter peccata populi scorum uiuorum. & magistrorum qui in di lege edoctissimi sunt sustinent penuriam. & quo in persecutionibus non offerunt sacrificium & oblationem; quidam hunc locum ad celestem referunt hierusalem. quod anime ad tessen a delapsae. & in loco lacrimarum & confusionis positae plangant antiqua delicta. & cetera que propheta lissermo complectitur. sed hec non recipit ecclesia di. SED IN ANIMA CONTRITA ET SPUMILIATISSUS CIPIAMUR. ET RTQ. Et ex presentia loco & ex eo quod sequitur. Benedicite sps & animae iustorum dnm. & in psalmis. sacrificium do sps contribulatus cor coneritum & humiliatum ds non spernit; sunt quia aliud uelint. ee. spm in homine excepto sco spu & aliam animam. sed sub laborandum eis erit. quomodo absque carne dono & gratia a spu sco. duae substantiae & duo interiores homines. In uno homine. ee. dicatur. ET NON CESSAUERUNT QUI MISERANT EOS MINISTRI REGIS SUCCENDERE FORNACEM. Napta & stappa & pice & mal

VIII

M.

leolis. & salustius scripsit in historis. quod naptagenus sit fomitas
 a pud p̄sas quouel maxime nutriantur incendia. alij ossa oli
 uarū quæ proieciuntur cum amurca are facta. nepta appel
 lari putant. Unde & grece. ἸΣΤΡΪΝΪΙ. dicitur ab eo quod ἸΣΤΡΪ
 id. ē. ignē nutriat. **ANGELUS ANTEM DNI DESCENDIT CUM
 AZARIA ET SOCIIS EIUS IN FORNACEM ET EXCUSSIT FLAMMAM
 IGNIS DE FORNACE. ET FECIT MEDIVM FORNACIS QUASI VENTU
 RORIS FLANTEM. ET NON TETIGIT EOS IGNIS OMNINO NEQUE CON
 TRISTAUIT. NEC QUICQUAM MOLESTIAE INTULIT.** Oppressa
 perturbationibus anima. & uariis molestiis occupata. cū
 hominū desperauerit auxilium. & tota ad dñm mente con
 uersa. ^{fuert} descendit ad eam angelus dñi. scilicet sermo diuinus.
 & excutit flammam estuantis ardoris. ut nequa quā igni
 tā lacula inimici cordis nr̄i arcana penetrent. nec illius
 fornace claudamur; potest & hic angelus dñi qui descen
 dit cum tribus pueris in caminum ignis ardentis & eos pro
 texit ab ardore flammarū. t̄ypice significare dñm sal
 uatorem quem proph̄a magni consilij angelū nominauit
 eo quod suæ & paternæ adnuntiator. ē. uoluntatis. hic quo
 que descendit in hunc mundū ubi rex confusionis id. ē. diabo
 lus fornacem hoc. ē. corda iniquorū igne cupiditatis acque
 luxorie inflammat. ut flatu sp̄s sc̄i p̄ gratiā suā electos
 suos ab hoc igne seruet in laesos. quatinus eius laudib; intenti p̄
 ereptiones sua gratias referant liberatori suo. De quo subdit.
**TUNC IRES QUASI EX UNO ORE LAUDABANT ET GLORIFICA
 BANT ET BENEDICEBANT DNM IN FORNACE DICENTES. ISTE
 ergo tres uiri qui quasi ex uno ore laudabant & glorifica**

bant & benedicebant dñm significant electos dī qui In scē
 trinitatis fide solidatq unum dñm patrem & filium & sp̄m sc̄m
 adorant colunt & predicant. Laudant quidem recta cre
 dultate. glorificant uera confessione & benedicunt bona
 operatione. Unde & iam concorditer dicunt. BENEDICTUS
 ES DñE D̄S PATRUM N̄ORUM ET LAUDABILIS ET GLORIOSUS ET SU
 PER EXALTIATUS IN SECU LA. ETCĒT. D̄S ergo patrum nr̄orum
 dñs ē. xp̄s cum patre & sp̄u sc̄o unus & omnipotens d̄s quem co
 luerunt patriarche. Laudauerunt prophete. p̄dicauerunt
 apostoli omnis xp̄i ecclesia confitetur. hic semp erat. ē. & erit
 laudabilis & gloriosus. & sup omnes creaturas & altatus
 regnat In secula seculorum. Cuius nomen glorię ē. sc̄m atq;
 laudabile & sup & altatū In omnibus seculis. quia iuxta
 p̄tri sententiā. non ē. nomen sup t̄m datū hominibus
 In quo oporteat saluos fieri. quō ipse semp & ubique regnans.
 & uniuersa nutu suo disponens. Omnia quęcumque uult
 facit. In celo & In t̄m In mare & In omnibus abyssis. qui fecit
 celum & t̄m mare & omnia quę In eis sunt. qui custodit
 ueritatē In seculū facit iudicium In iuriam patientibus dat
 escam esurientibus. erigit elisos. soluit compeditos. In lumi
 nat cęcos. diligit iustos. Unde regnū ipsius regnum. ē. omniū
 seculorum & dominatio eius In omni generatione & progeme.
 BENEDICTUS ES IN TEM PLO SC̄O GLORIA ET UERE ET SUPER LAUDA
 BILIS ET SUPER EXALTIATUS IN SECU LA. Templum enim dñi
 sc̄a ē. ecclesia ubi ipse In habitat & gloriosa operum suorū
 ostendit mirabilia. Unde ad credentes ait apostolus. Nescitis
 quia templum dī estis & sp̄s dī habitat In uobis. & item. templū

Inquit discim. e. qd estis uos. ibi enim ipse laudabitur semp & eius
 potentia pdicabitur In saecula. **BENEDICTUS ES IN THRONO REG-
 NITUI ET LAUDABILIS ET GLORIOSUS IN SAECULA.** Thronus ergo dñi
 aut angelicas significat potestates quibus dñs p̄sident In mundo
 sua dispensat iudicia aut tribunal futuri iudicij p̄figurat In quo
 equitatis sua iusta ostensurus. e. iudicia. Unde p̄ph & a adom̄
 dicit. sedes sup̄ thronum qui iudicas equitate. In futuro ergo
 iudicio dñs x̄ps In sede maiestatis suae honorabilij potestate ses-
 surus. e. iudicans equitatem. ipse enim iudicabit orbem terre
 In equitate & populos In ueritate sua quō reddet unicuique
 secundum opera sua. **BENEDICTUS ES QUI IN TVERIS ABYSSOS
 ET SEDES SUPER CHERUBIM ET LAUDABILIS ET SUPER EXALTATUS
 IN SAECULA.** Abyssus enim dicitur aquarū copiosissima &
 nimia profunditas. quae & In bono & In malo plerumque ponit̄.
 In bono ut. e. illud. iudicia dñi abyssus multa. In malo uero
 ut. e. hoc. abyssus sicut palliū amictus eius. quod significat
 multitudinē p̄secutorum quae circumdat & grauat scām
 aeclesiam; Dñs ergo abyssum Intu & ur qui a nihilo eū lat &
 non. e. enim ulla creatura Inuisibilis In conspectu eius. & sed &
 sup̄ cherubim. hoc. e. regnat sup̄ angelicas potestates In quib;
 e. agnitio diuinae maiestatis; cherubim ergo Interp̄tatur
 plenitudo scientiae. ipse ergo merito dñs benedictus qui om-
 nia nouit & sup̄ omnia regnat & uniuersa sub sua ordinat
 potestate. **BENEDICTUS ES IN FIRMA MENTO CAELI ET LAUDA-
 BILIS ET GLORIOSUS IN SAECULA.** Firmamentum enī caeli aut
 angelicas potestates significat In quibus dñs p̄p̄ualiter
 regnat uel scientiā sc̄arum scripturarū ubi totus boni & ueri

tatis solidamentum . ē . & maiestas ac bonitas creatoris assidue
 laudatur & p̄dicatur . hinc quoque scriptum . ē . Cælū plicabit̄
 sicut liber inuolutus . & alibi . firmamentum . ē . dñs timentibus
 eum & testamentum ipsius ut manifestetur illis . **BENEDICITE**
OMNIA OPERA DÑI DÑM . Generali laudatione p̄missa quod om
 nis creatura debeat laudare dñm . In consequentibus p̄ partes sin
 gulas hor tatur angelos & celos aquas atque uirtutes . solē & lu
 nam imbrem & rorem sp̄m ignē & aestatem frigus & aestum . & cōl .
 quae longum . ē . texere . ita ut fontes quoque & maria ac flumina
 cōelos & uolucres bestiasque & pecora ad laudem dñi p̄uocet
 & filios hominū . & post omne horum genus israhelē & de
 ipso isrl̄ sacerdotes & seruos dñi . sp̄s animasque iustorum .
 scōs & humiles corde . & ad extremū . Annaniam . Azariam .
 & misa elem . qui ad laudes dñi p̄ sentj beneficio p̄uocantur .
 omnis autē creatura non uoce sed opere laudat dñm . quia ex
 creaturis consequenter creator intellegitur . & singulis operib;
 atque affectib; dī magnificentiā demonstratur . Sed quia dauid
 In psalterio pari modo omnia opera dñi hoc . ē . omnes creatu
 ras ad benedicendum & ad laudandū dñm prouocat . restat
 ut sicut historicus ordo iste benedictionis atque laudationis
 dñi laudabilis exstat . ita & mysterij eius sensus spiritalis
 singulis speciēbus conuenienter aptetur . Dicit enim dauid lux
 ta finem centesimi & secundi psalmi quem ad benedicendum dñm
 composuit ita . Benedicite dñm omnia opera eius In omni loco
 dominationis eius . Ammonet enim ipsa opera dñi auctorem
 suum debere laudare ut texena caelestiaque concluderēt .
 Nam cum totum opus eius sit om̄a debent suū benedicere

creatorem. & In omni loco dominationis eius. quia si cut nulla
 creatura a laudibus dñi lubetur & capi. Ita nec locus quisquam
 relinquitur qui talis munere segregetur. nam cum dicitur. In
 omni loco dominationis eius nihil excipitur quia ubique
 dominatur. significans forte a ecclesiam catholicam que per
 totum mundum erat dño prestante creditura. ipsa enim ubiq;
 dñm benedicit ubique conlaudat & gratias maximas hymnica
 exultatione concelebrat. quod autē In benedictione triumphero
 rum singulis uersibus subiungitur. LAUDATE ET SUPER EXALTATE
 EUM IN SECVLA. hoc ostendit quod ita laudis eius preconium debet
 pronuntari ut ipse sup omnia exaltatus In secula regnans predi
 cetur. BENEDICITE CAELI DÑM. BENEDICITE ANCELI DÑI DÑM.
 Caeli enim secundum historiam benedicant dñm quia In sua po
 sitione laudabilem & benedictū ostendunt creatorem. quam
 uis ergo In genesi unum celum fabricatum. eē. legerimus tam
 eos plurali numero & paulus apostolus appellauit. qui refert
 Interitum scē celum raptum ibique talia cognouisse. que homi
 ni non licebat effari. & hic plurali numero nuncupantur quod
 talis forsitan ratione concordat dicimus unum. eē. palatium
 qui multis membris multis spatiis ambiatur. Ita forsitan &
 caeli partes dicimus caelos dum complexio atque sinus eius
 unus. eē. monstretur; caeli uero substantia quamuis pura
 lucida atque egregia. eē. putanda sit dignaque talibus.
 actantis habitatoribus suis. tamen animal. eē. non com
 peri & temerarium. ē. & opinione hominū dicere quod caele
 stium litterarū non tradit auctoritas. Nam & caelorum nomi
 na In scripturis apostolos & prophetas Inuenimus denotatos

quide aduentu dñi differendo orbem terrarū scī ammontio
 nibus Impleuerunt In quibus dī tamquam In cælis habitat
 quicunq̄ lata complectitur n̄ ex parte sed tota eos plentū
 dine sue maiestatis. pars enim In dō non. ē. sed ubique totus
 & plenus. ē. **BENEDICITE AQUAE QUAE SUPER CAELOS SUNT**
DŃM. Aquas uero sup̄ celos. eē. genesis refert ait enim.
 Diuisitque aquas quæ erant sub firmamento ab his quæ erant
 sup̄ firmamentū. quod utrumque n̄ in uel laudis designat
 arcanum. ut & celorum tenuitas firma consistat. & aquæ
 supra ipsum positæ cum sint grauiores nisi quando fuerint
 lusse non defluant. Aquæ uero quæ sup̄ celos sunt ut arbi
 tror istas quæ defluunt. eē. non dubium. ē. testante libro
 genesis quod cataraete cæly apertas sint. & facta sit pluuia
 sup̄ terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus
 & cetera quod non a deo querere necessariū. ē. quando
 aut p̄ se aut p̄ substantias rationales laudare dñm omnia
 commonentur. **BENEDICITE OMNES VIRTUTES DŃI DŃM.**
 De uirtutibus dicitur In psalmo. Benedicite dñm omnes
 uirtutes eius & ministri eius qui faciunt uoluntatem eius.
 quō illa sublimis spiritalis que substantia beatorū ange
 lorum cum dñm contuētur. ibi ueritatē eius uoluntatis
 agnoscit. nec opus. ē. loqui qui buisse diuinitas propitiata
 patefacit. non enim dī uerberato aere loquitur. sed In
 spiramine sue uoluntatis eorum ad suum uelle conuer
 tit. **BENEDICITE SOL ET LUNA DŃM. BENEDICITE STELLAE**
CAELI DŃM. De quo & psalmista In centesimo quadagesimo
 octauo psalmo dicit. Laudate eū sol & luna laudate eū

42. omnes stelle & lumen. sol luna stelle ut quidam dicunt
& si aliquo spū proprio regantur. tamen quia carnalibus
oculis patescunt inferiores. eē. uirtutibus que non uidentur
non absurda estimatione colligitur quam uis celi speciem
decoro lumine ornare uideantur. Nam illa ad que puenit
nr̄ aspectus scilicet sint lucida acque subtilia tamen corpora
eē. manifestum. ē. & necesse. ē. ut illis cedant que inuisi-
bili uirtute subsistunt. qua propter solem lunam & stellas
siue p̄ propriam rationē siue p̄ alia sensibiles & iudicabi-
les substantias propheta laudare precepit dñm. quia
creatoris beneficio existere meruerunt; considerata enī
tot lumina ingentes ammirationes poterunt commouere.
quando & mortales oculos uidere faciunt & ipsa in tam
splendida claritate consistunt. his rebus lumen generali-
ter adiunctum. ē. ut cetera in se lumen habentia que di-
numerata non sunt tali complexione ad laudes dominicas
incitari &. **BENEDICITE IMBER ET ROS DÑM.** In imbre enī
& rore dona celestia & precepta ac mandata dñi ex-
primuntur. que tēp̄ hoc. ē. homines inrigant & excitant
ad proferendum germen bonorum operum. Dignum. ē. enī
ut quod dono celestis salubriter hominibus offeratur ad bene-
dictionē & laudem dñi proficiat. **BENEDICITE OMNES SP̄S
DÑM.** Hoc. ē. quod in psalterio nouissime scriptum. ē. Om-
nis sp̄s laud & dñm. Non utique caro & sanguis non ambi-
tus non in lecebre seculares sed illud quod. ē. in natura
sublimius hoc laud & dñm quod celestia utique sapit quā
aeterna premia concupiscit. qua propter uniuerso operi

breuē p̄fectamque sententiā dedit ut dñm saluatorē spiri-
 taliter debeant cuncta laudare. BENEDICITE IGNIS ET AESTAS
 DñM. Ignis aliquando caritatē significat. aliquando tribu-
 lationem. sic & aestus aliquando ardorem dilectionis & uiri-
 ditatem boni operis. aliquando aestum p̄secutionis exprimit.
 sed hæc benedicunt dñm quando homines faciunt benedicere
 creatorem suum. quia sc̄i uiri & In prosperis & In aduersis
 semp̄ laudant dñm. Unde apostolus exhortatur ut In omni-
 bus exhibeamus nos m̄& ipsos sicut d̄i ministros. p̄ a iustiti-
 æ ad dextris & a sinistris. p̄ gloriā & ignobilitatē. p̄ Infa-
 miam & bonam famam. ut In omnibus glorificetur d̄s p̄ ih̄m
 xp̄m. similiter quattuor uersus sequentes Intellegi possunt
 ubi dicitur. BENEDICITE NOCTES ET DIES DñM. BENEDICITE LUX
 ET TENEBRE DñM. BENEDICITE FRIGUS ET AESTUS DñM. BENE-
 DICITE RORES ET PRUINA DñM. Per contrarias enim sibi m̄&
 res laudem dñi fieri hortatur & ad benedicendum prouocat.
 Nam dies & lux & aestus & rores prosperitatē. & contra-
 nox & tenebre frigus & pruina tribulationē significat.
 non solum enī elementa mundi & tempora ad laudandum
 dñm habilia sunt. sed & cum ipsi homines qui sub elementis
 mundi constitutiq; temporaliter uiuunt ad benedicendum
 dñm debitores fiunt qui a creator omniū sic temperat elec-
 tus suis p̄sentia ut ipsi per p̄&ualiter preconia non tace-
 ant diuina. Unde paulus ait. Libenter igitur gloriabor
 In infirmitatibus meis ut In habita & In me uirtus xp̄i. & itē
 id Inquit quod In p̄sentia. ē. momentaneū & leue tribu-
 lationis nr̄e supra modum In sublimitate. a & eternum

glorie pondus operatur In nobis. non contemptibus nob
 que uidentur sed que non uidentur. & cetera. BENEDICITE
 CELV ET FRIGVS DN̄M. BENEDICITE CLACIES ET NIVES DN̄M.
 In gelu & frigore glacie & niue p̄sentis temporis aduersitas
 uel duritia mentis humane significatur. sed sepe hæc dn̄s
 In laudem suam conuertit. dum homines In fidelitatis algo
 re corripentes p̄ fidei calore & bonorum operū studiū ad
 seruitiū xp̄i conuertuntur. Unde scriptum. ē. In salomone.
 sicut In sereno glacies ita soluentur peccata tua. & In psalmo.
 ignis Inquit grando nix glacies sp̄s procellarum qui faciunt
 uerbum eius. quibus rebus p̄ allegoriam homines significat
 qui In hoc seculo ex turbolentis & pessimis ad deuotionis tran
 quillissima studia p̄ uenerunt. quomodo isti faciunt uer
 bum eius. nisi quia ex tempestuosis & Improbis ad confessio
 nis ipsius gratiā uenire meruerunt. BENEDICITE FULGORA
 ET NUBES DN̄M. Quid ergo p̄ nubes nisi euangelij predico
 res. & quid p̄ fulgora nisi coruscationes miraculorū nobis
 demonstrantur. De quibus p̄ psalmistam dicitur. fulgora
 multiplicabis & conturbabis eos. p̄ has ergo nubes lumine
 suo desup dn̄s fulgorat. quia p̄ predicatoris sc̄os In sensibili
 tatis nr̄e. tenebras & ic̄m miraculis Inlustrat. cum que
 nubes istæ uerbis pluunt. cum que miraculis uim corusce
 lucis aperiuunt. & extremos & ic̄m mundi terminos In diuino
 amore conuertunt. BENEDICAT TERRA DN̄M. LAUDA
 ET SUPER EXALTA EVM IN SAECULA. Hic ergo terra sc̄am
 aedesiā significat. de qua In psalmo scriptum. ē. Dn̄i. ē.
 terra & plenitudo eius orbis terrarū & uniuersi qui habi

45.

tant in ea quam in terra. In bono & in malo ponis sepe nouerimus. hic tamen a ecclesiam debemus aduertere quod dno ut diximus. specialiter pura mente famulatur. Nam licet omnia ab ipso sint condita. tamen illud ipsius esse proprium dicimus quod eum ueneratur auctore. & ideo ecclesia non in merito fructifera bonorum terra suscipitur quam nutrit & continet & populum christianum. haec ergo terra sepe laudat dnm & super exaltat eum in secula. quia non solum in presentia seculo. sed & in futuro eum sepe laudat. & super omnia dominante predicat.

BENEDICITE MONTES ET COLLES DN̄M. BENEDICITE UNIERSA GERMINANTIA IN TERRA DN̄M. LAUDATE ET SUPER EXALTATE EUM IN SAECULA. Hinc & sic psalmista ubi omnes creaturas ad laudandum dnm prouocat inter cetera ait. montes & omnes colles ligna fructifera & omnes cedri. hic montes significant homines potumida potestate sublimes. colles mediocres aequalitate tractantes. ligna fructifera qui ex duritia peccatorum conuersi fructus bonorum operum intulere dulcissimos. cedri quoque absolute super bos significant & elatos. sed qui a mandatis quod uniuersa terra germinantia dnm laudant. ostendit quod ex omnibus generibus hominum xpi gratia sibi electos parat qui in illa ultima resurrectione angelorum possint coelestibus adgregari. & in laudibus conditoris sui in aeternum sociari.

BENEDICITE FONTES DN̄M. Fons quoque in scripturis aut dnm xpm mystice significat aut gratiam spiritus sancti. aut baptismi lauacrum. aut originem uirtutum. Nam xpm significat in eo quod in genesi legitur fontem esse. In medio paradisi undequattuor

flumina pcedebant. hoc. ē. quattuor euangelia de fonte
 salutaris pcedentia ad Inrigationē generis humani. Item
 fons sp̄s sc̄i gratiā designat In eo qđ dñs dicit In euangelio.
 quibiberit aquam quam ego do fi & In eo fons aque salientis
 In uitam aeternam. Baptismi uero sacramentū ostendit
 illud zachariae pph̄e quo ait. In die illa erit fons patens
 domui dauid & habitantibus hierusalem In ablutionē pec
 catoris & menstruate. hic fons de domo dī egrediens fer
 tur ad ecclesiam & ad scientiā scripturarū ut omnes renas
 camur In xp̄o & In aqua baptismatis nr̄a nobis peccata do
 nentur. sed hic fons potest testimonia sacrarū scriptu
 rarū p̄ ora p̄dicatorū prolata Intellegere. Unde In psalmo
 scriptum. ē. a paru erunt fontes aquarū. id. ē. ueritas predi
 cantū qui fontes aeternae uitae sc̄itatis ore fuderunt. ipso enim
 dño ueniente patuit quod obscuritas diuinitategebat eloqui.
 BENEDICITE MARIA ET FLUMINA DN̄M. Quando dicit maria
 generaliter omnes aquarū collectiones siue salas sint siue
 dulces simul comprehendit. Iuxta illud quod scriptū. ē. con
 gregationes aquarū appellauit maria a quibus flumina
 pcedunt. ut. ē. illud ad locū unde exeunt flumina reuer
 tuntur ut iterum fluant. ubi metaforice aqua nomine
 limus terrae. & In fluminib; homines Intelleguntur qui In
 terram unde sumpti sunt reuertuntur. sed terra eorū multa
 tudine non Impl̄tur. Benedicere ergo iubentur homines
 dñm. hoc. ē. auctorem suū cognoscere. illum que fide & bonis
 operib; colere. quia ab ipso creati sunt & ad eius iudicium
 omnes reuertuntur. quatinus unusquisque p̄ propria corporis

recipiat prout gessit siue bonum siue malum. **BENEDICITE COELI**
ET OMNIA QUAE MOVENTUR IN AQUIS DÑM. LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SAECULA. In coelis ergo qui pro magnitudi-
 ne corporis sui montibus comparantur. & ceteris animantibus
 quae in mare uersantur preminent. potentes istius mundi & pri-
 mi possunt. hic cum ceteris hominibus qui in hoc seculo uersant
 ad laudandum creatorem suum prouocantur. cuius munere omnes
 subsistunt & cuius ope omnes nutriuntur. quia dignum est. ut
 magni & parui omnipotentem conditorem suum laudent
 & in seculo benedicant. **BENEDICITE UOLUCRES CAELI DÑM.**
 In uolucris ergo philosophi accipi possunt qui cogitationum
 suarum uelocitate naturas rerum & cursus siderum discutere con-
 suerunt. siue & cum altiori sensu angelum uolucrum nomine desig-
 natum intellegi possunt. qui ad custodiam hominum in mundum ad-
 mittuntur. ut eorum curam gerant & contra spirituales nequi-
 tates illos defendant. quia sequum est. ut omnes pro latq simul
 & subditq omniū dominatore benedicant qui fecit caelum & ter-
 ram mare & omnia quae in eis sunt. **BENEDICITE OMNES**
BESTIAE ET PECORA DÑM. LAUDATE ET SUPER EXALTATE EUM
IN SAECULA. In bestis crudeles & indomiti homines signi-
 ficantur. & in pecoribus omne uulgus & infinite plebes. nam
 tales propheta hortatur ut conuersi a crudelitate & superbia
 ad humilitatem & innocentiam reuertantur. ita ut corde
 ore & opere benedicant factorem suum. a quo perfecti sunt caeli
 & terra & omnis ornatus eorum. **BENEDICITE FILII HOMINUM**
DÑM BENEDICAT ISRAHEL DÑM. In filiis qui dem hominum
 rationabiliter uiuentes. & in ista diuinae contemplationi

uacantes designantur. hos ergo ad benedicendum dñm inuitat
 quia dignū & iustum. ē. ut qui sup ceteras creaturas terre
 hoc ab opificis sui largitate pceperunt. ut eū ueraciter agnos
 centes recta fide ac bonis operibus colere. & mundo corde
 atque pura intentione contemplari atque diligere possint
 numquam a laudibus eius cessabit. sed in aeternū benedicen
 tes p̄dicent. **BENEDICITE SACERDOTES DÑI DÑM. BENEDICITE**
SERUI DÑI DÑM. In sacerdotib; magistris ac ecclesie exprimit.
 In seruis uero subiectorū plebem. omnes ergo adhortatur
 ut p̄ laq & sub dñm xp̄m cuius muneresunt sc̄ificati atq;
 mundaq; semp benedicent simul cum patre & sp̄sco regnan
 tem in secula seculorum. **BENEDICITE SP̄S ET ANIMAE IUSTO**
RUM DÑM. In sp̄s ergo & animae uocabulo totā conditionē
 interioris hominis comprehendit qui sp̄s sapit & anima ui
 uit. mandat ergo p̄ph̄a ut iustorū sp̄s & animae benedicant
 dñm. quia illi solum modo ueraciter benedicunt dñm qui
 iustitiae & ueritatis regulam seruant. horumq; benedic
 tiones diuinitas gratanter accipit qui recta fide uera con
 fessione ac bona operatione iuste uiuendo illū conlaudant.
BENEDICITE SC̄I ETHVMILES CORDE DÑM. Humilitatē cordis
 habere & p̄sens uersiculus docet. & illud quod in euangelio
 legitur. Discite a me quia mitissimū & humilissimū corde. & in
 ueni & is requiem animabus ur̄is. cordis autē illa. ē. humili
 tas quae in alio loco paupertas sp̄s appellatur ut n̄ erigamur
 supbia. nec ficta humilitate gloriam terrenā queramus.
 sed toto corde in dñm inuicemur. **BENEDICITE ANANIA AZARIA**
ET MISAELO DÑM. HYMNUM DICITE LAUDATE EISU PER EXALTA

TE ENIM IN SAECULA. QUIA ERUIT NOS DE IN FERNO ET SALVOS FECIT
 DE MANU MORTIS. ET LIBERAVIT DE MEDIO ARDENTIS FLAMMAE.
 ET DE MEDIO IGNIS ERUIT NOS. Nouissim euerot tres pueri sem &
 ipsos ad benedicendum dñm exhortantur. & merito quia ordi
 nem creaturæ suæ ob liberationē eorū commutauit. Ita ut nec
 corpora eorum ignis ledere nec uestimenta flamma combu
 rere possit. cui hymnus. ē. debitus & laudatio conueniens.
 quia ipse semp laudabilis & sup omnia exaltatus manet in
 saecula saeculorum. haec ergo clausula benedictionis bene
 nobis congruit ut ipsi & iam quos conditor n̄r de inferno eruit
 & saluos fecit de manu mortis eripuit que de potestate dia
 boli. & de igne ardentis gehennæ liberauit. hymnum e omni
 tempore dicamus. & confiteamur nomini scō eius & glorie
 mur in laude ipsius. quō ipse solus bonus. ē. quō in saeculū mise
 ricordia eius. cui paria psalmista decantans dicit. Confite
 mini dño quō bonus quō in saeculum misericordia eius. quia
 ergo confessio ad professionē peccatorū. & ad laudandum
 dñm parimodo parit. & necesse. ē. nobis ut primū confiteamur.
 alter utrum peccata n̄ra & oremus pro inuicem ut saluemur.
 sicque a peccatis mundaq creatori n̄ro laudes gratas in æter
 num cantemus. quis enim dubitat ad eum recurrere quem
 sibi audit posse celeberrime subuenire. Bonus enim dñs
 recte dicitur qui delinquentē pascit. qui exspectat errantem.
 qui solem suū facit oriri sup bonos & malos. & pluit sup iustos
 & iniustos. hoc & iuxta ipsius ueritatis uocē declaratur nemo
 bonus nisi solus dñs. addidit quō in saeculum misericordia eius.
 audito bono dño ne se humana negligentia ab studiosa & se

dula supplicatione suspendere & remediꝝ causam dicit. ut ad
 confessionem celerem dñi debeat munere festinare. In seculum autē
 uitæ huius significat cursum ubi miseris sunt. quicum que delin
 quunt. ubi fas. ē. corda nr̄a conuertq. & misericordiam postu
 lari. ibi enim damnatio. ē. confiteri peccatum. ubi uiam constat
 esse iudicium; TUNC NABUCHODONOSOR REX OBSTIPUIT ET

VIII

H

SURREXIT PROPERE ET AIT OPTIMATIBUS SUI. Huc usq. ex theo
 doctōnis interpretatione pauca pstrinximus de confessione &
 laude trium puerorū quæ non habentur in ebreo. & in sequa
 mur ebraicam ueritatē; & surrexit propeere & ait optima
 tibus suis. punitis principibus suis corripitur. ut uiuens glo
 rificet dñm. Interrogat autē optimates suos. quorū accusa
 tione & consilio. iij. pueros in ignem fornacis miserat. ut
 illis respondentibus semisisset tres pueros in fornacem. iste est
 nuntius & ostendat; ecce ego uideo uiros quattuor solutos & am
 bulantes in medio ignis. & nihil in eis corruptionis & species
 quarq. similitudo filii dī; rursum dicam. o quam sapiens
 ignis. quam inenarrabilis dī potentia uinculis stricta sunt
 corpora uruntur uincula. corpora n̄ uruntur; speciem autē
 quarq. quem similem dicit filii dī. uel angelum debemus
 accipere ut hoc transtulerunt. uel certe ut plerique arbi
 trantur. dñm saluatōrē; sed nescio quomodo rex impius.
 dī filiū mereatur uidere; Ergo iuxta simmachum. qui
 interpretatus. ē. species autē quarq. similitudo. n̄ dī sed
 deorum angelꝝ sentiendis sunt. qui & dꝝ & deorū uel dī filij
 sepissimè nuncupantur; hoc iuxta historiā. ceterum
 in ap̄o prefiguratur iste angelus. siue filius dī dñm nr̄m

ihm qui ad fornacē descendit Inferni. In quo clausē & pecca
 torū & iustorū anime tenebantur. absque exustione & noxa
 sui qui tenebantur Includi. mortis uinculis liberarē.
 TUNC ACCESSIT NABUCHODONOSOR AD OSTIUM FORNACIS IG
 NIS ARDENTIS ET ALIT. PAVORE PERTERRITUS. ET RETQ;
 Non per nuntios querit a pueris. sed ipse eos ex nomine uoca
 uit. seruos dī excelsi appellans. & pōens ut ad se egrediantē.
 quos uinctos in fornacem miserat. BENEDICTUS D'S SEDRAC
 MISAC AB DENAGO. QUI MISIT AN GELUM SNUM ET ERUIT SER
 UOS VOS. ET RETQ. Quem supra filium dī hic angelū uocat
 quamquam In superioribus similitudo filij dī nūeritas ap
 pellata sit; rursus ergo nabuchodonosor dī confessionem
 recipit. & damnatis idolis laudat. iij. pueros. qui nolue
 rant seruire & adorare omnem dīm excepto dō suo. & mirat
 quod scōs dī ignis tangere non potuerit; quod autē ait ame
 propositū. ē. hoc decretum. ut omnis populus & tribus & lingua
 quaecumque locuta fuerit blasphemiam contra dīm sedrac
 misac. abdenago. dispereat & domus eius uastetur; neq;
 enim. ē. alius qui potest ita saluare. quidam pessime
 ad diabolū refferunt quod In consummatione & fine
 mundi & iam recipiat noticiam dī. & omnes ad penitentia
 coartetur. & hunc uolunt regem. ēē. nineue. qui nouissi
 me descendit de throno supbiae. & humilitatis premia conse
 cutus. ē. TUNC REX PROMOVIT SEDRAC MISAC AB DE
 NAGO. IN PROVINCIA BABILONIS. Quid dicunt supra
 .iij. pueros. non iudices prouinciarū. sed prefectos
 operū singulorū fuisse In babilone. hic uolunt eos

Etiam prouinciarū iudices constitutos. NABUCHODONOSOR
 REX. OMNIBUS GENTIBUS ET LINGUIS QUAE HABITANT IN UNI
 UERSA TERRA. PAX UOBIS MULTIPLICETUR. ET RETQ. Episto
 la nabuchodonosor In proph&e uolumine ponitur ut n̄
 finctus ab alio postea liber. sicut. CO TO PAN THA. mentatur.
 sed ipsius danielis. eē. credatur. E CO NABUCHODONOSOR
 QUI ET US ERAM IN DOMO MEA ET FLORENS IN PALATIO MEO.
 SOMNIUM VIDI QUOD PER TERRAM ME ET COCITATIONES MEAE
 INSTRATUM MEO ET VISIONES CAPITIS MEL CONTURBAUERUNT
 ME. ET RETQ. Historia quidem manifesta. ē. & n̄ magna
 Interpretatione Indig&. quod offensam dī nabuchodonosor
 uersus In amencā. vii. annis Interbruta animantia
 uixerit. & herbarum radicibus altussit. ac postea dī mise
 ricordia restitutus In regno. Laudauerit & glorificauerit
 regem cely. quia omnia opera eius uera & uice eius ludicia.
 & gradientes In supbia potest humiliare; sed quia uoluit
 sup nabuchodonosor contrariam Intellegere fortitudinē.
 de qua dñs loquitur In euangelio. uidebam satanam quasi
 fulgor cadentē de celo; & iohannis In apocalipsi quod
 draco cadens In terrā. partem stellarū secum traxerit; & isa
 ias quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur. ad serup
 nequaquam potuisse fieri ut fenop vii. annos uescer&ur
 homo qui nutritus. ē. In dilucis & vii. annis absque ulla
 La ceratione corporis sui Inter bestias uixerit; & quo
 modo amenq̄ homini p̄ vii. annos Imperiū refer
 uatum sit regnum que potentissimū. absque
 rege tanto tempore fuerit aut si alius illy successit

In regnum. cuiusue cordiae estimandus sit ut cederet Imperio
 quod tanto tempore possidebat. presertim cum historia cal
 deorum nihil tale contineat. nec potuisse fieri. ut quidem ino
 ribus scripserint maiora reciderent. hec autē omnia quæru
 & replicant. ut cum historia n̄ steterit p̄ nabuchodonosor dia
 bulus significetur. qđ nos nequaquā recipimus. ne omnia umbre
 uideantur & fabule; quis enī amentes homines non cernat.
 ad Instar brutorū animalū In agris uiuere. Locis que siluestri
 bus. & ut cuncta præterea. cum multo Incredibilia & gre
 cæ & romanæ historie accidisse hominibus prodiderunt;
 scyllam quoque & chimeram. chidram atque centauros.
 aues & feras. & flores & arbores. stellas & lapides factos
 & hominibus narrent fabule; quid mirū ē. si ad ostenden
 dam potentia di & humiliandam regum supbiam hoc di
 ludicio sit paratū; qui & us Inquit eram In domo mea & florens
 In palatio meo siue In throno ut Inter prælatos. ē. theodotion;
 domum autē diaboli qui sensum sequitur contrariū. mundū
 istum Intellegunt. de quo & In euangelio ipse loquitur ad salua
 torem; hæc mihi tradita sunt & apostolus dicit mundus In ma
 ligno positus. ē; somnium uidi quod perterrit me. responde
 at quale somniū uiderit contraria fortitudo nisi forte omne
 quod In hoc mundo habere uidetur umbra & somnium est.
 & uisiones capitis me; conturbauerunt me; nota quod nabu
 chodonosor uisiones non oculorum & cordis sed capitis noue
 rit. quod propter gloriam seruatorum di futurorū illi misere
 ria referuntur. **DONEC COLLECA IN CRESSUS EST IN CONSPEC
 TU MEO DANIEL. CUIUS NOMEN BALTASAR SECUNDUM NOMEN**

DŌ MEI QUI HABET SP̄M DEORUM SC̄ORUM IN SEMETIPSO. ET SOMNIŪ
 CORAM EO LOCUTUSSUM. ET RETQ. Exceptis. lxx. translatorib;
 quihæc omnia nescio qua ratione præterierunt. iij. reliqui
 collegam interpretati sunt. unde iudicio magistrorū eclesie.
 editio eorum in hoc uolumine repudiata. ē. & theodotio nis
 uulgo legitur que & ebraico & ceteris translatoribus congru
 it; unde & origenes in nono stromatū uolumine adserit se.
 que secuntur ab hoc loco in prophēta daniēle. non iuxta lxx
 interpretēs qui multum ab ebraica ueritate discor dant. sed
 iuxta theodotio nis editionē diserere. qui habet sp̄m deorum
 sc̄orum. lingua caldea qua scriptus. ē. daniel legimus.
 HĒLIAM CAD SIN. quod deos sc̄os & non dñm sc̄m significat. nec
 mirum si errēt nabuchodono sor & quicquid sup se cernit.
 non dñm sed deos arbitretur. denique & in consequentibus
 baldasar inquit princeps ariolorum. quem ego scio qd sp̄m
 deorum sc̄orū habeat in se siue incantatorū ut aly interpre
 tati sunt. non mirum si princeps ariolorū omniū constitutus
 sit quia ad præceptum regis sapientiā didicerat caldeorū.
 & decuplum omnium sapientior fuerat inuentus; quera
 mus ab his qui hanc uisionis n̄ recipiunt historiam. quis iste
 sit nabuchodono sor qui somniū uiderit. & quis daniel qui
 somnium eius edisserat & uentura p̄dicat. & quomodo
 hic ipse daniel. qui utique iuxta eos sc̄a intellegenda est
 fortitudo a nabuchodono sor princeps ariolorū eius con
 stituitur & collega appellatur. UIDE BAM ET ECCE ARBOR
 IN MEDIO TERRAE ET ALTI TUDO EIVS NIMIA. MACNA ARBOR
 ET FORTIS ET PROCERLIAS EIVS CONTINGENS CAELŪ ASPECTUS

55

ILLIUS ERAT. USQUE AD TERMINOS UNIVERSAE TERRAE. ET RETQ.
 NON SOLUM DE NABUCHODONOSOR REGE CALDEO SED DE OMNIBUS
 IMPIIS PROPHETA LOQUITUR. UIDI IMPIUM SUP^{er} ALTATUM & ELEUA
 TUM SUP CEDROS LIBANI. QUI IN MAGNITUDE UIRITUM. SED SUA ELE
 UIANT^{ur} SUPBIA. & IDEO EXCIDUNT^{ur} & CORRUUNT. UNDE BONUM E. ILLUD
 SECTARI QUOD D^{omi}n^us DOCE^t IN EUANG^{el}. DISCITE A ME QUIA MITIS SUM
 & HUMILIS CORDE. QUOD AUTEM AIT. IUXTA THEODOTIONE. 505 Y 506.
 ID E. ALTITUDO EIUS SIUE. HXY PL. UT IPSE POST EA INTERPRETATUS EST
 ID E. DOMINATIO. PRO QUO NOS UERTIMUS ASPECTUS EIUS. IDEM CON
 TEMPTORES HISTORIAE CALUMNIANTUR. QUOD NEQUAQUAM DOMINA
 TIO NABUCHODONOSOR ORBEM TERRARUM POSSEDERIT. NEQUE ENIM
 GRECIS & BARBARIS CUM Q^{ui}bus SEPTENTRIONALIBUS & OCCIDENTIS
 NATIONIBUS IMPERAUIT. SED TANTUM ORIENTIS PROUINCIAS TENU
 IT. ID E. ASIAM NON EUROPA & LIBIAM. & QUO INTELLEGI UOLUNT
 AD DIABULUM CUM Q^{ui}bus REFERENDA. CUM HAEC OMNIA NOS HYBER
 BOLICE DICTA DEBEAMUS ACCIPERE. AD SUPBICM REGIS IMPII. QUI
 TANTUM GLORIATUR IN ESAIA UT CAELUM TENERE^{re} LA^{te} & ORBEM
 TERRE^{re} QUASI M^uNUM & OUA UOLUCRUM. ET ECCE VICILEI SC^{ilicet} DE
 CAELO DESCENDIT. CLAMAVIT FOR^{te} TITER ET SIC AIT. SUCCIDITE AR
 BOREM ET PRECIDITE RAMOS EIUS. EXCUTITE FOLIA EIUS ET DIS PER
 CITE FRUCTUS. FUCIAN^t BESTIAE QUAE SUB TEREAM SUNT. ET VOLU
 CRES DE RAMIS EIUS. UERUM TAMEN GERMINA RADICUM EIUS SINITE
 ET ALLICETUR VINCULO FERREO ET AEREO IN HERBIS QUAE FORISSUNT.
 ET RORE CAELI TINCUANTUR. ET CUM FERIS PARS EIUS IN HERBA TERRAE.
 COREIUS AB HUMANO COMMUTE TUR. ET COR FERIS DEIN REI ET SEP
 TEM TEMPORA MUTENTUR SUPER EUM. IN SENTENTIA VICILUM
 DECRETUM EST ET SERMO SCORUM ET PETITIO DONEC COGNOS CANT

VIVENTES. QUO DOMINATOR EXCELSUS IN REGNO HOMINUM. ET CUI
 CUMQUE VOLUERIT DABIT ILLUD ET HUMILLIMUM HOMINEM CONSTI
 TUIT SUPER EO. Pro uigili theodotion ipsum caldaicum uerbum
 posuit. HIR. quod per tres litteras. AIN. IOD. RES. scribitur. significat
 autem angelos quod semper uigilent & ad diuini imperii sint parati.
 Unde & nos crebrius pro citationibus imitamus angelorum officia
 & de domino dicitur non dormitabit neque obdormiet qui custodit israhel.
 Denique & in consequentibus legimus in sententia uigili hoc est
 angelorum decretum. est sermo sanctorum & peccatio. consuetudo autem
 greci latini que sermonis. HIRIN. uocat. que per multum colorem
 arcum ad teyem descendere dicitur; TUNC DANIEL CUIUS NOMEN EST
 BALDASAR COEPIT INTRA SEMET IPSUM TACITUS COGITARE QUASI UNA
 HORA ET COCITATIONES EIUS CONTURBABANT EUM. RESPONDENS
 QUEREX AIT BALDASAR SOMNIUM ET IN TERPRETATIO EIUS NON
 CONTURBENTIE. Tacitus intellexit daniel somnium. esse contra
 regem & timorem cordis uultus pallore signabat. dole
 batque pro eo quia honoris plurimum deculerat & ne uideretur
 insultare atque elocari contra hostium regem. denique
 de testibus id quod intellegebat loquitur ad eum. DOMINUM SOM
 NIUM TUUM HOCHIS QUI TE ODERUNT ET IN TERPRETATIO EIUS
 HOSTIBUS TU ISSIT. Videns ergo nabuchodonosor eum mouere
 ne sinistrum quid atque contrarium contra regem dicere ui
 deretur. cohortatur ut simpliciter & uere loquatur quod intel
 legit. nequaquam moueat. ARBOREM QUAM VIDISTI SUBLI
 MEM ATQUE ROBUSTAM TU ES REX QUIA MAGNIFICATUS ES ET
 INUALUISTI. ET MAGNITUDO TUA CREUIT ET PERUENIT USQUE
 AD CAELUM ET POTESTAS TUA IN TERMINOS UNIVERSAE TERRAE.